

illius favore erat expulsus; cum autem calceamenta ei dantur, in Patris benevolentia erat iam receptus, multumque illius deliciis, osculo, amplexu, ac stola prima recreatus. Quondo autem adolescens erat deiectus à Parentis gratia, facile per rupes, petras, ac saxosos montes, per spinasque & tribulos sine pedum offendiculo, ac dolore incedebat, ac verò in gratiam Patris iam admissis minutissimo lapide offenditur, & ctuentatur. O quantum est discrimen inter hominem deiectum, ac regis gratia condecoratum. Ille incurrens in rupes, lapides ingentes, ac montes, altos, & iniquos facile sine offensione pertransit, at verò delicatus, & favore principis sublimatus leui aure, minutissimo lapide intolerabilem molestiam, ac vexationem se pati certissime credit. *Qua prius volebat tangere anima mea, nunc pra angustia cibi mei sunt.* Dicebat Iob.6.num.7. Quae prius volebat tangere anima mea; habent Hebraizantes: explicat Lya. *Tempore prosperitatis meae. Nunc pra angustia, ac tanta miseria, in qua redactus sum, cibi sunt mihi.*

Hebraorum mensa in Aegypto erant, cepae, & allia, & frequenter pane rudi, ac hordeaceo utebantur, & cum essent sub flagellis Pharaonis, ut implerent numerum laterum, vix dabatur spatium, ut illis implerent ventrem, & tam his sic quiescebant, ut contra Pharaonem mutire non auderent. Magna tamen Dei potentia exinde educuntur, ac per desertum pane Angelorum vsque ad fatiatarem reficiuntur. *Panem Angelorum manducauit homo, cibaria misit eis in abundantia.* Psalm. 77. n. 23. Tunc contra Deum obmurmurant, ac loquuntur. *Anima nostra naufragat super cibo isto tenuissimo.* Num. 21. n. 5. Quid est, quod in Aegypto, tam aspero, ac grosso cibo contenti sunt, in deserto verò suauissimo nutrimento molestiantur? In Aegypto erant Pharaoni inuisi, ac sub eius iugo, & tyrannide valde oppressi; at in deserto maxime Dei benignitate, gratia, & favore erant insigniti, ac sublimati, itavi nocte igne, die verò columna nubis eis ostenderetur iter. Deuteron. 1. num. 33. *Et sicut aquila expandit alas suas, & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.* Deuteron. 32. n. 11. In Aegypto cum essent sub multa vexatione, cepe, porti, & allia, ac panis agrestis erant ei dulcissimi cibi, tanquam nobilissima alitia; At verò in deserto cum multum essent Dei gratia, ac favore profecti tam delicati facti sunt, ut Angelorum panis illis verteretur in tadium, ac fastidium.

Luc. 15. n. 23. Et adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. Num. 24. Quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit: perierat, & inuentus est: & coeperunt epulari.

VERSIONES.

Origen. n. 13. Citò adducite vitulum. Syriacus. Et adducite, maclate bouem saginatum, & edamus, ac oblectemur. Euthym. Et eductum vitulum illum Vatabl. Pag. saginatum, maclate, sum-

ptisque epulis lætemur. Arias. Et comedentes oblectemur. Euthy. Vatabl. Perditus erat, & inuentus num. 23. est; & coeperunt lætari. Syriac Arias. Et coeperunt oblectari.

EXPOSITIO VIII.



ADDUCITE vitulum saginatum. Postquam suscipitur indignus, vestitur nudus. Tunc reficitur famelicus, & recto ordine, ut ait D. Bonau. post remissionem culparum, & vestitionem virtutum, sequitur diuinarum oblectatio deliciarum. Vitulum saginatum. Graecus habet: *illum vitulum*: Quem iussit saginari ad celebrandum tempus tam festiui conuiuui; Vitulus hic Christus est Dominus in sacramento altaris, iuxta communem Patrum sententiam, ut dicam quaest. 22. quo animae nostrae omni caelesti pabulo reficiuntur. *Et occidite.* Beda. Haymon. Carthusian. Hugo. Christi passionem commemorare, & eum pro humana salute denuntiate occisum. Iuxta illud Pauli. *Quoriscumque manducabitis panem hunc, & calcem biberitis, mortem Domini annuntiaueritis.* 1. Corinth. 11. num. 26. *Manducemus, & epulemur.* Seu ut alij legunt: *Oblectemur.* Denotaturque quanta lætitia non solum sit Angelis, ac iustis, sed etiam ipsi Deo in conuersione peccatoris, quod est præcipuum scopus parabolæ, de quo egi in hoc cap. 15. Luc. num. 6. & 9. & ideo vt notat Beda, ait Pater in plurali. *Manducemus, & epulemur.* Quia, ut ait D. Hieron. *Patris cibis salus nostra.* Beda. *Non solum filius pro quo vitulus est occisus, reficitur, sed etiam pater, & seruis eius: quia refectio Dei, & sanctorum est salus peccatorum.* Caietan. ait. Commune conuiuuium, communisque lætitia patri, filio, & seruis describitur. Ex quo duo nota. Primum, quanta vnitas, ac conformitas sit Deo cum iustis, quia cum Pater lætatur, serui exultant. Secundum quod non solum filio, sed etiam seruis paratur conuiuuium. Nam cum filius esset in regione longinqua, ob illius luxuriam, & gulam, vt innuit Chrysolog. serm. 2. Facta est famas valida in regione illa. Ne quis parui faciat filium, pater pro illius honore magnum parat conuiuuium, nam si illius errata magnam intulerunt famem, eius tamen conuersio, ac penitentia in omnes multam facit diffundere abundantiam. *Manducemus, & epulemur.* Seu lætemur. Nota quod non mandantur fieri exultationes, quando Prodigus domum ingreditur, sed quando vitulus saginatus apponitur in conuiuio, in quo representabatur corpus Christi in communionis mensa, quando à fidelibus participatur. Tunc Deus Pater mandat facere omnes applausus omni festiuitate, musica, cantu, ac omni ostentatione lætitiæ, his omnibus maxime hoc sacramentum venerandum.

Quia hic filius meus mortuus erat. Efficaces tanti gaudij causas subnectit Pater. *Quia hic filius meus.* Ex me natus, & quem intime diligo. *Mortuus erat.* Per culpam, ac peccatum, quod est mors animæ. Ioan. 8. num. 24. *Et reuixit* per penitentiam. Ut exponunt Beda, D. Bonau. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Ad Ephel. 5. num. 14. *Perierat, per amissionem*

Iob. 6.
Hebraiz.
Lya.

156.

Psalm. 77.

Num. 21.

Hebrai in Aegypto uili cibo tacent, in deserto manna obmurmurant.

Deuter. 32.

Luc. 15. n. 23.

Num. 24.

VERSIONES.

Origen. n. 13. Citò adducite vitulum. Syriacus. Et adducite, maclate bouem saginatum, & edamus, ac oblectemur. Euthym. Et eductum vitulum illum Vatabl. Pag. saginatum, maclate, sum-

amissionem iustitiæ, ut ait D. Bonau. seu per recessum à confortio iustorum, ut explicat Hugo. *Et inuentus est:* per recuperationem gratiæ; & coeperunt epulari. Seu, ut Syriacus, oblectari. Seu Euthym. lætari. Sicque adimpletum est, quod dicitur supra hoc capite. 11. num. 7. & 10. *Gaudium est in celo super uno peccatore penitentiam agente, quam supra nonaginta iustum iustis.* Propter filium seniore, qui semper sub obedientia patris extiterat, non occiditur vitulus saginatus, nec celebratur conuiuuium, nec ullus uocum cautus auditur, sicut propter filium iuniorem post errata sua reuertentem ad patrem hæc omnia magno gaudio, ac applausu celebrantur.

Bonauent.
Hugo.
Euthym.

157.

Bonauent.

Graecus.

Beda.
Haymon.
Carthus.
Hugo.

1. Corint. 11.

B. da.
Hieroa.

Caietan.

Filius hic eius condecoratur, ac nobilitatur. Chrysolog.

158.

Ioan. 8.
Beda.
Bonauent.
Hugo.
Ephel. 5.

QUESTIO XXI.

Quare Israëlitis datur Agnus, Prodigus verò post stolam, annulum, ac calceamento, vitulus saginatus?

RECLARE aduertit Beda dicens: *Notandum*, ait, *quod ante stola prima, ante annulus, ante calceamenta praestantur, & sic deinceps vitulus immolatur, quia nisi spem quisque primæ immortalitatis induerit, nisi annulo fidei opera præmunierit, nisi ipsam fidem ipse confitendo prædicauerit, non potest sacramenti interesse celestibus.* Quid agis prouide Pater filium non reduxit vestis, calceamentorum, ac annuli cupidum, sed nutrimentum? Cur famelicus ante omnia non parat cibum? Si pater uellet quemcumque cibum dare filio non mandasset, ut antea adolescens tegeteretur, quàm manducaret; Cùm autem genitor illi pararet vitulum saginatum Domini corporis typum, & ipse luxuriando dissipasset bona sua; ideo sapiens genitor curat, ut illi detur stola prima, scilicet baptismi gratia, ut interpretatur Titus Bostrenf. & annulus significans bona opera, ut exponit Asterius in Catena Græca; & etiam calceamenta, ut leuissimum puluerem abiciat, hoc est ueniales defectus à se amputet, ut ita purus, ac mundus, tanquam eductus è baptismo ad Christi conuiuuium corpus accedat. Ad quod etiam respicit Tertullianus lib. de pudic. cap. 9. *Recordatur*, ait, *Patris Dei, satisfactio reddit, annulum quoque accipit, atque ita exinde optimate Dominici corporis uosiuur.* Expense *Recordatur Patris Dei.* Solum in mente Patrem, non fratrem, solum enim è patris manibus sperat accipere satisfationem diuini epuli. *Satisfactio reddit.* Ad penitentiæ satisfationem spectat, qua exhibita Domini corporis optimate uescitur.

159.
Beda.

Summa puritate ad Eucharistiam accedendum.

Bostrenf. Asterius.

Tertullian.

Penitentia satisfactio ad Eucharistiã.

160.

Exod. 12. Difficultas questionis.

161.
Ruricus.

etiam ipsi iuniore vitulus reuerso, qui seniori agnus datus fuerat ex Aegypto profecturo, quia ipse educit ex Aegypto pater. Vterque ex gratia Dei exiit ex seruitute, populus ingenti mercedis spe corrobortatus, ducam vos in terram fluentem, lac, & mel. Adolescens verò nullo proposito premio, sed tantum de benignitate patris confidens. Et inde maius promeruit donum accipere, cum nullo proposito premio labores itineris susceperit. Vide supra cap. 22. num. 14.

Secundò. P. Bæga tom. 4. in Euangelia. §. ait quod, Israël eductus est ex Aegypto ait Deus. *Sicut aquila prouocat ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas: & assumpsit eum, & portauit in humeris suis.* Deuteron. 32. num. 11. At prodigus dixit. *Surgam ibo ad patrem meum, & discam ei: Pater peccati in calum, & coram te, &c.* Et surgens uenit ad patrem suum Vterque ex Dei gratia ex seruitute exiit, populus uero parum, aut nihil laboris impendens; pane Angelotum, & multis fauoribus recreatus; ac Adolescens fame vexatus, nudis pedibus, ac multis incommodis, de uocantis tamen beneficio iter agebat, & cui maiores, ac grauiores labores in via salutis à Deo prætimitur, ad maiora, ac excellentiora dona gratiæ accipienda ab ipso disponuntur, ac ordinantur.

Tertio. Populus Israël de Aegypto exiit, multis bonis temporalibus onustus, parua, aut nulla dispositione ad agnum paschalem edendum: At uerò adolescens iste multa præuia dispositione accessit, Magna contritione, ac penitentia, dicens *Pater peccati in calum, & coram te.* Priusque stola prima diuinæ gratiæ, annulo bonorum operum, ac calceamentis ad leuissimos pulueris defectus abiiciendos compositus est: ex præparatione ad Domini mensam illius participatur effectus. Qui magna dispositione conueniunt, præclara, & magna suspiciunt dona, tanquam si vitulum saginatum comederent, qui uerò minori præparatione accedunt, minora participant dona, tanquam si non vitulum saginatum, sed agnum comederent.

Rex Iosias magis laudibus extollitur super omnes reges, & Iudices, qui fuerunt in Israël, ob religionem, qua sanctissimū Phase celebravit. *Neque factum est Phase tale à diebus Iudicum, qui iudicauerunt Israël, & omnium dierum regum Israël, & Iuda: sicut in octauo decimo anno regis Iosia factum est Phase istud.* 4. Reg. 23. num. 22. Vnde habuit hoc Phase, ut tam mitis laudibus esset celebratum, & inde ipse Iosias promeruit, ut de eo dicitur: *Similis illi non fuit ante eum Rex, qui reuertetur ad Dominum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in uniuersa uirtute sua iuxta omnem legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi.* Ibidem num. 25. Vnde Pascha illud tam celebratum, & rex tanta uirtute insignitus super omnes reges Iuda, ut nec antea, nec post eum surrexerit similis illi? Ad celebrandum Phase prius rex Iosias purgavit templum, simulachra euerit Idolorum, eorum sacerdotes occidit, ossa combussit, ac idolorum sana abstulit; & cum ad peragendum Phase, quod erat Eucharistici sacramenti typus, maiorem præparationem præstitit super alios reges, maiori uirtute à Deo est sublimatus, non fuit similis illi in uniuersa uirtute sua. Indèque maiorem festiuitatis celebrationem, ac gloriam est allecutus, *Neque factum est tale Phase*

Operari non proposia mercede multum promeretur.

162.
Bacaca.

Deuteron. 32.

ubi plus est laboris, maior est primum.

163.

Pro maiori dispositione maior gratia datur ex suscepto sacramento.

164.

4. Reg. 23.

ubi maior preparatio, maior gratia communicatio.

Stephad.
chre

chre citato loco Regum nos hortatur ad mundan-
das conscientias, vt dignè sacramentum recipia-
mus. *Iofias*, ait, *fàctum Phafe purgavit terram,*
& templum, eiecit figuras idolorum. Eodem modo
accessuri ad Sacramentum corporis, & sanguinis
Domini purgare debemus terram, idest carnem no-
stram, & templum, idest animam, & eiecere à cor-
de figuras idolorum. Hoc est concupiscentias man-
di, ac illius affectus. Vide multa in Indice, verb.
Eucharistia. Et tom. 3.

QUESTIO XXII.

Quare in tam magnifico conuiuio vnus tan-
tum datur vitulus saginatus Prodi-
go filio?

165. **ITVLVS** hic saginatus, quo in parentis
conuiuio excipitur Prodigus agens pœni-
tentiam, significat admirabile Eucharistia epu-
lum, quod post pœnitentiam Christianis exhibe-
tur; sic docet Tertullian. lib. de Pudic. cap. 9.
D. Cyrill. in Catena. Græca. D. August. lib. 2.
quæst. Euangel. quæst. 33. D. Hieron. Epist. ad
Damasum de duobus filiis. Et hic in lucam Di-
uus Ambros. Euthym. Theophylact. Beda. D. Bon-
na. Albertus Magn. & alij communiter.

166. Dicitur vitulus, inquit D. Cyrillus cit. & Eu-
thym. *Vitulus quidem*, ait, *tanquam non domi-*
tus iugo, ac pondere peccati. Carthusian. verò ait.
Christus secundum naturam humanam dicitur vitu-
lus propter suam in cruce immolationem, & sagina-
tus, quoniam omnium charismatum gratia pleni-
tudine decoratus est. Et hæc prima ratio, ob quam
dicitur vitulus saginatus, quia ipse omni pleni-
tudine donorum, ac virtutum, ac etiam diuini-
tatis repletus est.

167. Secundo. Glossa Interlin. Beda, *Christus*, in-
quunt, *est vitulus saginatus, omni spiritali vir-*
tute opimus, vt pro totius mundi salute sufficiat.
D. Chrysostom. homil. de duobus filiis. *Christus*
vitulus dicitur, ait, *ob immolati corporis hostiam;*
saginatus, quia pro totius mundi salute sufficit. *Christus*
vitulus saginatus, tam pinguis, ac vberri-
mus, quia cum vnus esset, pro omnium salute
sufficiatissimus, ac valde abundans extitit.

168. Tertio. D. Ambros. in presenti: *Occiditur*,
ait, *vitulus saginatus, vt carnem Domini spiritali*
opimam virtute; per gratiam sacramenti mysterio-
rum consortio restituitur, epuletur. Titus Bostrenf.
Adducite vitulum saginatum, illum, qui pro ter-
rarum orbe immolatus, eiusque, qui vera respicientia
ducuntur, donatus est. *Hoc est tremendorum myste-*
riorum participem illum facit. D. Hieron. Epistol.
ad Damasum. *vitulus saginatus*, inquit, *qui ad*
pœnitentiam immolatur salutem, ipse saluator est, cuius
quotidie carne pascimur, cruore potamur. Vitulus
saginatus dicitur Christus in Eucharistia veluti
effectiue, quia enim ad hoc salutiferum conui-
uium accedunt, & hoc admirabile sacramentum
participant, ipso impingantur, & saginantur
omnibus cœlestibus donis.

169. Quarto. D. Anastasius Sinaita lib. 8. exam.
Saginatus vitulus, ait, *nominatur Christus, quo-*
niam multis temporibus ante nuptias, & eius unio-
nera cum Ecclesia parabat à suo patre in esum gen-
tium, & quodammodo sacramentum. Vitulus sa-
ginatus antecederet per multos dies, magna so-

licitudine curatur, ac impinguatur, antequam in
conuiuio adducatur: sic Pater ab initio per mul-
ta secula infinita sua sapientia multas dispo-
sitiones voluit prætmittere, quibus Christus
veluti præparatus videretur, vt in esum gen-
tium in Ecclesia daretur. Christus Dominus
summa puritas, ac sanctitas, tamen vt appone-
retur fidelibus in Eucharistico sacramento, quo-
dammodo ipse se præparauit, ac præparatus dicitur,
multis temporibus ante nuptias parabat à
suo Patre in esum gentium. Christus suprema san-
ctitas, & tamen cum in Eucharistia datur, præ-
paratus dicitur, non quia ipse indigeat præpara-
tione, sed vt ex hoc videamus quantam purita-
tem ad hoc sacramentum requiri, & qualiter nos,
qui immundi sumus, debemus nosmet ipsos pu-
rificare, vt ad hoc sacratissimum conuiuium ac-
cedamus. Deinde expendè verbum. *Quoniam*
multis temporibus parabat à suo patre in esum gen-
tium. In Patre est sapientia, ac potentia in finita: sa-
pientia, qua omnia comprehendit; potentia, qua
omnia in instanti facere potest, & tamen vt Chri-
stus in Eucharistia daretur, multis temporibus di-
citur præparatus à patre pro nostra doctrina, vt nos
multis diebus, ac temporibus præparemur, vt ad
hoc mirabile sacramentum accedamus, illiusque
participes simus.

Vltimò tandem inquitur quæstio præsentis Cur
Pater in tam magnifico conuiuio, vnum tantum
parat filio vitulum, cur non potius multa, & va-
ria fercula, ac obsonia? Cur vnus tantum vitu-
lus? Caietan. ait. *Vitulus hic insignis valde est, vt*
potest Christus ipse pinguis ad satisfactionem, delitias to-
tius mundi sufficiens. Vitulus vnus erat, tamen
cum in eo significaretur Christus, licet vnus, in
eo tamen omnia cœlestia dona, ac eorum suauit-
uitates, ac dulcedines continentur. Caro enim
Christi est mel, lac panis & aqua. Pulchre Dro-
go lib. de Passi. ait. Quid amplius idcam? Vnus,
idemq; cibus, & api est mel, & ceruus est fons aqua,
& panis, qui cor hominis confirmet.

De suo Dilecto ait Anima sancta. *Botrus Cypr*
dilectus meus mihi. Cantic. i. num. 14. Comparat
ipsum vnus delatis ex Cypro insula, quæ sunt præ-
clarissima; & cur botro ipsum comparat. Respon-
det Lucas Abbas. Botri enim vine ad vtrumque apti
sunt, & cibum esurienti, & potum tribuunt sitienti.
Christus in Eucharistia cibus, & potus est ipsum
fumentibus. Radix Hebraica habet. Vir omnia
satisfaciens dilectus meus mihi. Vir omnia satis-
faciens Christus D. est, & sic explicatur à quodam
Rabbano apud Galatin. lib. 6. de arcan. cap. 3. Vir
omnia satisfaciens, est vir, in quo sunt omnia. Est
Christus Dominus qui est omnia fumentibus, ci-
bis scilicet, & potus. Pro quo multa vide in In-
dice verb. Eucharistia. Et tom. 3. Eucharistia di-
spostio, vel effectus.

Luc. 15. n. 25. Erat autem filius eius senior
in agro: & cum veniret,
& appropinquaret do-
mum, audiuit symphonia,
& chorum.

Num. 26. Et vocauit vnum de seruus,
& interrogauit quid hæc
essent.

VERSIONES.

Syriacus. Ipse autem filius eius senior
erat

Christus ad
Eucharistia
dicitur velu-
ti præparatus
à Patre.

Multa præ-
paratio ad
Eucharistia
multo tempo-
re præstanda.

170.

Caietan.

Drogo.

171.

Cantic.

Lucas Abbas

In Christo
omnes suauita-
tes.
Galatin.

Cap. XXVII. Filius Prodigus. 517

erat in villa: quumque
venisset, & appropin-
quasset domui, audiuit
vocem concentus mul-
torum.

Arabicus. Erat autem filius eius ma-
ior: audiuit concentum
vorum.

Caietanus. Audiuit symphoniam, &
choros.

Euthymius. Et accersito vno de seruus.

Syriacus. Et aduocauit vnum de pue-
ris, & sciscitatus est ab eo,
quid istud esset?

Varablus. Quid sibi vellentilla:

EXPOSITIO IX.

172.
Theophyl.



ILIVS hic senior agit personam
Scribarum, ac Phariseorum, vt no-
tat Theophylactus, & parabola re-
spicit ad id, quod initio huius
cap. 15. Luc. dictum, quod Pharisei
erant obmurmurantes, quia Dominus peccato-
res, & publicanos recipiebat; pater excipit pro-
digum, & senior frater obmurmurat. *Erat autem*
filius eius senior. Non dicitur filius primogenitus,
vel maior, seu prior natus, sed senior; correptus est
enim liuore ex vitulo dato iuniori, & sic mestitia
tabescit, vt breui tempore totus canis albe-
scere visus sit. D. Ambrosius hic: Ideo & senior
dicitur, eo quod cito aliquis per inuidiam consen-
scat. Dum autem illa, quæ de prodigo scripta
sunt, agerentur. Hic frater senior erat in agro.
Quem ipse agricultura colebat, & quamuis non
esset otio deditus, sed labori, in hoc valde miser,
quod cum lentes, ac spinas eradicaret ex terra, in-
uidia stimulus, qui in eius corde exorti sunt, non
euulsi; terram percolebat, & suæ mentis cultu-
ram negligebat. D. Chrysologus serm. 4. Erat in
agro, ait, terram percolens, & deserians, duritiam
soluit cespitibus, per durat affectum; sentes eradicat, &
gramina, stimulos inuidia non enellit. Maiorem cu-
ram terræ gerebat, quam sui, à terra spinas eradi-
cabat, & in sua mente vitiorum tribulos planta-
uerat.

173.

Ambros.
Bonau.

Animus de-
prauatus
virtutem fu-
git, vitia
quirit.
Ambros.

Et cum veniret, & appropinquaret domui sub ve-
peram, audiuit symphoniam, consonantiam nempe
ac concordem concentum multarum rerum
mirificè sonantium, & chorum cantantium, ac
exultantium. Per hanc domum interpretantur
D. Ambrosius, D. Bonavent. congregationem iu-
storum, in qua est summa vnitas, ac concordia in
voce, verbo, & opere. Ex hac dulci harmonia, non
solum huius senioris filij irritatur inuidia, sed
etiam animus exasperatur, vt eam audire non pos-
set; non enim erat cantus theatralis prouocatiuus
luxuriæ, sed valde dulciter, ac suauiter virtutis in-
citatiuus. D. Ambrosius: Chorum, & symphoniam,
ait, audire non potest, hoc est, non illa theatralis, in-
centina lasciuia, sed plebis concordia concinentis, qua
de peccatore seruato dulcem reseruet lætitiæ suauita-
tem. Tam deprauatus erat animo, vt omne virtu-
tis negotium abhorreret, & solum vitiorum inci-
tatiua quæreret. Vnde cum hic cantentium cho-
rus esset de vitis tollendis, maxime displicebat,
huic seniori fratri: mundiales enim solum dele-
Sylueira in Euang. Tom. IV.

stantur, cum audiunt choros theatrales meretri-
cium, quibus vitiorum fæces ebibuntur.

Luc. 15. n. 27. Isque dixit illi: frater tuus
venit, & occidit pater
tuus vitulum saginatum,
quia saluum illum recepit.

Num. 28. Indignatus autem nolebat
introiare. Pater ergo illius
egressus, cepit rogare il-
lum.

VERSIONES.

Syriacus n. 27. Mactauit pater tuus bo-
uem illum saginatum,
quod sanum eum rece-
perit

Varabl. Fagn. Mactauit pater tuus vitu-
lum illum saginatum,
quod incolumem illum
recepit.

Varabl. n. 28. Iratus autem, & nolebat in-
gredi.

Syriacus. Egressus autem pater eius,
efflagitauit ab eo.

Arius. Aduocabat illum.

EXPOSITIO X.



INDIGNATUS autem. Cum accepis-
set senior frater iunioris reditum,
causam tantæ lætitiæ extitisse,
agrè tulit, & indignatus est, vt di-
cam quæst. sequenti. *Nolebat in-*
troiare. In agro vixerat, ac erat, & inde totus agre-
stis, ac syluestris factus, & ferinis moribus imbu-
tus, omnem humanitatem respuens, dulcem patris
beneuolentiam, ac musicæ harmoniam, dulcèque
vituli conuiuium, ac fratris consortium oderat, &
ideo nolebat introiare. Et nota quod ait Theophy-
lactus: In agro erat, & operabatur suam terram, vt
impleturer panibus, & ferebat in lachrymis. Vsqe
modo erat in agro laboriosè operans terram, &
cum multis lachrymis instans agriculturæ, vt pa-
nem colligeret, modo verò epulum patris sine vl-
lo suo labore paratum despicit, mensam, & choros
recusat; eligit potius labores agri cum odio fra-
tris, quàm delitiis frui fraterna charitare. Pater
ergo illius egressus. Poterat pater seruata suæ mai-
estatis forma stans intus in conuiuio seruorum
ministerio rogare filium, tamen præ amore ipse
voluit exire ad eum, attendens potius filij salutem,
quàm suæ celsitudinis maiestatis; & tantum nego-
tium seruus non vult committere, sed per seipsum
totum præstat, ac exequitur. Capis rogare eum.
D. Hieronymus: Quam benignus, & clemens pater,
ait, rogat filium, vt lætitiæ domus participes fiat. Non
suffert paternus animus, quod filius à tanto gau-
dio, ac exultatione sit exclusus. Cæpit rogare eum.
Inuitat eum non ad conuiuium, sed ad domum in-
gressum; nam cum filius tabesceret inuidia, im-
proportionatus erat ad conuiuium, rogat eum ad
introitum domus, vt fraterna charitate, ac pœni-
tentia imbutus aptus fiat, vt ad mensam accedat,
vt alibi notaui.

174.

Homo totius
agrestis.

Theophyl.
Homo potius
vult laborare
re cū mundo,
quàm quie-
scere cū Deo.

Hieron.

Ad Eucha-
ristiam nemo
imprepara-
tus accedat.